

Ut Clericus possit comprehendi à Laico, aliando sufficit degradatio verbalis, si accedat incorrigibilitas, & ob contumaciam anathema. n. 52.

Si secularis delinquens ante capturam assumit statum Clericalem, & Judicium jam est captum, potest Laicus de causa cognoscere, sed non procedere contra personam nisi quoad bona: potest tamen persona capitaliter condemnari, & postea ab Episcopo degradari. Si post capturam assumeret statum Ecclesiasticum, censetur assumpsisse in fraudem, & non liberaret à Jure seculari. f. 13. n. 53.

Clericus Fornicarius quomodo puniatur. vide. *Fornicarius.*

Cloacæ Servitus.

Tomo 1.

Est Jus immitendi Cloacam, hec est, meatum subterraneum in ædes, aream, agrum, vel solum vicini, ad evehendas sordes. Unde dominus habet Jus intrandi ædes, aperendi pavementum Cloacæ, càmque purgandi, præstita cautione de damno infecto. f. 280. n. 176.

Codicillus. Codicillaris Clausula.

Tomo 2.

Codicillus Militis continens institutionem hæredis, induit rationem testamenti f. 2. n. 7. Potest tamen adhuc à Testamento distingui, quia non est fundamentalis Sententia, sed aliam supponens. n. 8.

Codicillus est ultimæ voluntatis species, quæ eb defectum solennitatum, directè hæreditas nec dari nec adimi potest, bene tamen indirectè, sicut & legata relinquuntur. f. 205. n. 193.

Quamvis Exhereditatio non possit fieri in Codicillis, causa tamen exprimi potest indignitatis. Sed hæc non est exhereditatio, quia requiritur Sententia condemnatoria, & portio adjudicatur fisco. f. eod. n. 104.

In Codicillo sufficiunt quinque testes, nec necesse est, esse ad hoc specialiter rogatos. Nec requiritur sigillatio. f. eod. n. 195.

Nec clausula Codicillaris sufficeret in Testamento non habente quinque Testes. fol. 206. nura. 196.

In Codicillo Cæci, quinque Testibus videtur speraddendus sextus, sicut in eorum testamentis speraddendus est supra numerum communem. f. eod. n. 197.

Nem est necesse Testes existere in conspectu Codicillantis. f. eod. n. 198.

Eciam femina potest esse Testis in Codicillo. f. eod. n. 199.

Ad Codicillum inter liberos, sufficiunt duo Testes. f. eod. n. 200.

Testes in Codicillo non requiruntur ad Substantiam, sed solum ad probationem. Unde si

C.

Codicillus Testamento confirmatus esset, ne quidem Testes probationis requirerentur, & hæres in Codicillo nominatus, non in Codicillo, sed in Testamento datus censetur, & in Codicillo solum declaratus. f. 206. n. 201.

Clausula Codicillaris in Testamento minus solenni regulariter quidem non subintelligitur, sed tamen in certis casibus. 1. In Testamento facto inter liberos. 2. Quando vel ab ipso Testatore enixe preces de fideicommissis restituendis, vel ab hærede additur Juramentum f. 207. n. 202. & seqq.

Clausula Codicillaris primus & præcipuus effectus est, quod si Testamentum habeat saltem quinque Testes, sustinetur fideicommissa & Legata ab Hærede ab intestato solvenda. f. eod. n. 203.

Secundus effectus est, quod Institutio directæ Hæredis extranei, obliquetur in fideicommissariam, ut Hæres, ab intestato succedens, detractâ Trebellianicâ teneatur hæreditatem restituere Hæredi scripto. f. eod. n. 206.

Tertius eodem modo probabilius gravatur per talem clausulam Hæres injuste scienter præteritus aut exhereditatus, retentâ tamen Legitimâ & Trebellianicâ, non item si ignotanter esset præteritus. Idem dicendum si agnatione posthumi Testamentum rumpere. fol. eod. nu. 207. Nisi haberet patrum institutum, cui portio relicta esset tanquam fidei commissum restituenda. f. 208. n. 209.

Non habet tamen hæc Clausula vim, ut per posterius Testamentum minus solenne, revocetur prius Testamentum. eod.

Quartus effectus. In arbitrio Hæredis scripti est, an velit agere ex Testamento ad totam hæreditatem Jure directo, an ad dodrantem Jure fideicommissi. Variare tamen non possit (quamvis in conscientia illi deberetur fideicommissum) si postea apparet, Testamentum non habere nisi vim Codicilli. f. 208. n. 210. Excepto hærede in certo gradu conjuncto, cui licet variare. n. 211.

Codicillum illi soli facere possunt, qui Testamentum. Fieri tamen possunt ab intestato. fol. eod. n. 212.

Confirmantur Codicilli Testamento prius facto, etiam si non fiat eorum expressa mentio. Imò & Testamento postea facto, modo appareat, Testatorem à voluntate in Codicillo expressâ non recessisse. Hæc Confirmatio consistit in eo, quod Codicilli innitantur Testamento tanquam accessio, illiusque Jus sequantur, stando & cadendo eum eodem. Unde si tale Testamentum destituitur ab Hærede, fideicommissum in Codicillo relictum erit nullum: à Testamento tamen nullo ab initio, non pender valor Codicilli, quia non est illius pars. f. 208. n. 213.

Ex pluribus Codicillis sibi in aliquo contrariis, in eo in quo contrarij sunt, posterius obtinebit. f. 209. n. 214.

Codicilli

A.

Codicilli etiam infirmantur defuncti contrariâ voluntate, eaque nudâ. f. eod. n. 215.

Collatio Bonorum.

Tomo 2.

Collatio bonorum, est illatio in communem bonorum parentis acervum, ex quo legitima debetur, eorum profectiorum bonorum, quæ afferentis effecta erant, ut cum alijs tanquam Hæres in illis succedat. fol. 122. n. 541.

Jure novo tam ab emancipatis quam *Suis* omnia illa sunt conferenda, quæ olim Jure Codicis erant conferenda, si pater ab intestato decessisset, nisi pater expressè designet, se aliqua nolle conferri. f. eod. n. 542.

Quoad Ascendentes manet Jus antiquum incorrectum, qui proinde non conferunt, quæ à liberis in vivis acceperunt. Unde non est universaliter verum, illos omnes debere conferre, quibus debetur legitima. eod. & seq.

Si quis ex liberis neglectâ bonorum possessione ex cap. *unde liberi*, vellet succedere ex cap. *unde cognati*, & concurrere cum cognatis, nec isti nec ille tenerentur conferre. f. 123. n. 544. & seqq.

Nepotes succedentes Jure Repræsentationis, etiam conferre debent. f. eod. n. 548.

Feminae etiam tunc conferre debent, quando sunt institutæ Hæredes, etiam si ex statuto à successione ab intestato excluderentur: & hoc intuitu legitima: à qua non excluduntur, & ratione cujus haberent etiam possessionem bonorum contra tabulas. f. 124. n. 549.

Quamvis Emancipati, quando concurrunt cum *Suis*, debeant conferre, si tamen soli emancipati inter se concurrant, non tenentur conferre nisi dotem, & donationem propter nuptias. f. 124. n. 550. & seqq.

Ut cesset Obligatio conferendi, non sufficit tacita vel præsumpta inhibitiō patris, sed requiritur expressa: qualis est etiam, si pater, designatis partibus hæreditatis diceret, se velle, ut illas integras acciperent. f. 125. n. 552. & seqq. Excipiendi tamen illi, pro quibus stat Jus præsumptio. eod.

Collatio non habet locum nisi in illis bonis quæ vivo Testatore quasi ab ejus patrimonio abscellerunt, ut dos, donatio propter nuptias & c. adeoque non in legatis fideicommissis, mortis causâ donationibus. f. 125. n. 552.

Quando Extraneus cum Liberis est Hæres institutus, collatio cessat respectu extranei, non respectu liberorum. n. 554.

Collatio faciendâ est etiam tunc, quando aliqui ex Testamento, alij ab intestato succedunt. n. 555.

Quoad bona conferenda, Regula 1. Generalis tradit solet, illa solum esse collationi subiecta, quæ accepta sunt ab eo & ex ejus bonis, ex cujus bonis legitima debetur. Unde, cum vivente Patre Avus non debeat Nepoti legitimam, si hunc Hæredem scriberet, non teneretur res prius ab Avo donatas conferre. 126. n. 557.

Sola Profectitia, quæ proveniunt ex patre vel matre, vel linea paterna aut materna, conferuntur in legitimam ab illis debitam: non tamen indistinctè omnia, sed quæ specialibus legibus jubentur conferri, aut in legitimam computari. fol. 126. n. 557. & seq.

Alterâ Regula est, ea omnia esse conferenda & in legitimam computanda, quæ pater non quidem remuneratoriè, sed ex causa necessitatis dedit, ut dotem, contradotem, &c. fol. eod. n. 561.

Quando Dos est tantum promissa, tunc non potest reipsâ conferri: conferenda tamen est æquivalenter & virtualiter per cautionem liberationis seu defensionis faciendam fratribus simul succedentibus, quod Soror illorum, Filia Testatoris vellet eos defendere adversus Maritum, casu quo dotem exigeret. Si verò dos jam accepta fuit, est reipsâ conferenda, hoc est, confunditur cum bonis paternis, ut proinde ejus partem fratres accipiant, si quidem filia solum matrimonio dotem recepit à marito: fecit, non conferitur realiter, sed remissione tantæ partis bonorum paternorum quantum ex collata dote fratres accipere possent. Quod si sine culpa apud maritum perisset, liberaretur à collatione per regulam generalem, quod debitor speciei per ejus interitum liberetur. num. eod.

Sumptus facti in elocanda filia, v. g. in convivium nuptiarum, non videntur conferendi, ex intentione nimirum patris præsumpta, sicut nec qui sunt in celebratione primitiarum, vel ingressu filie in monasterium, computantur in legitimam. fol. 127. nu. 562. aliud est dicendum de vestibus pretiosis. eod.

Conferenda est etiam Dos, quam avus mater-nus aut mater dedit, in successione qua matri vel avo materno succeditur in bonis, ex quibus dos data est: adeoque ratione hujus successione haberetur pro profectitia, quamvis cateroquin adventitia sit. fol. eod. n. 563.

Non esset tamen conferenda annua summa à patre data filio ad sustinendam onera matrimonij, utpote quæ conferretur habere rationem alimentorum. f. 128. n. 564.

Patrimonium filio pro Titulo Mensæ assignatum conferendum est, cum sit instar donationis propter nuptias. f. eod. n. 565.

Universim illa non sunt conferenda ex Juri præsumptione, quæ ex paterno affectu & liberali quadam pietate impenduntur ad liberorum utilitatem promovendam ultra id quod ex necessitate impenditur, v. g. expensæ pro Gradibus: & quidem Jure Bavarico id constitutum est, nisi pater & mater filium pro debitorè agnovissent, vel justifieret ut in legitimam ejusmodi sumptus sibi computari pateretur. f. 128. n. 566. & seqq. Quod etiam verum esset, etiam si pater administraret bona adventitia filij, ex quibus, si vellet, posset hujusmodi sumptus subministrare: deberet enim monere de hoc filium, si vellet illos sumptus ex bonis

bonis filij facere; alioquin præsumeret ex suis fecisse; & non erant conferenda, quia Jura probabilius nolunt talia conferri. f. 129. n. 570.

Libri ad studia prosequenda comparati & dati habent se sicut alia utensilia, adeoque censentur ad solum usum concessi, & ideo studiis non absolutis sunt conferendi, quia cum non sint ex studiis comparati, non sunt quasi Castrensia. Si condij sumpti essent bonâ fide, non conferuntur, sicut nec alie impense. Aliud esset, si darentur filio studiis absolutis, ut fungeretur officio literario, sicut dantur arma aggressuris militiam. fol. 159. n. 572.

Quæ pater pro filio solvisset, ad eum v. g. ex carcere liberandum, vel debita ex delicto solvenda; illa computarentur in legitimam, & essent conferenda, quia data essent ob causam necessitatis potius, quam liberalis pietatis. f. eod. num. 574. & seq.

Pretium expensum à patre pro beneficio iterum vendibili, & ad hæredes transmissibili, esset conferendum, pro non transmissibili expensum non conferitur Jure Bavario, nec in legitimam computatur, idemque probabiliter de Jure communi dicitur. f. 150. n. 576.

Quæ pater expendit, ut obtineret filio Beneficium Ecclesiasticum, Commendam, Doctoratum, non conferuntur, quia hæc persone obibus inhaerent, nec vendi aut transmitti possunt. Neque interest, an pater hæc immèdiatè ipsemet expendat, vel det filio ut ipse expendat. f. 770.

Luctum ex peculio à patre concessio quæsitum eatenus est conferendum, ut tamen industria non gratis impensa nec debita æstimetur, & tantò minus ex peculij lucro conferatur. f. eod. n. 578.

Donata donatione simplici, nec à lege improbatâ, non sunt conferenda, utpote liberaliter data, ut haberentur tanquam præcipua: non esset enim liberalitas, si essent conferenda. f. 131. nu. 579.

Donata donatione primùm per mortem confirmata, cum habeant rationem legatis, sunt conferenda, quando succeditur ex testamento, secus quando succeditur ab intestato, nisi alius filius aut filia deberent conferre dotem aut contradotem aut aliam donationem factam ob causam. f. eod. n. 580.

Procedit autem hoc non solum de suis, sed etiam de emancipatis, ut nempe hi donationes simplices non debeant conferre, tum quia statim valent, tum quia hæc est intentio donantis, tum quia, quia emancipati quoad obligationem conferendi hodie comparantur non emancipatis. f. 432. n. 585.

Donationes antidotales, non excedentes notabiliter merita filij, non sunt conferenda, sed accensentur bonis adventitijs ex propria actione partis: dummodo de meritis constet, & donatio non sit tanta, ut inducat præjudicium legitimæ aliorum liberorum, adeoque Remuneratio fieri

C.

debet ex illa substantia patris, quæ subest liberæ dispositioni, salva legitimâ. Neque enim remuneratio est res alienum, cum non debeatur ex iustitia. fol. 132. n. 586. & seq.

Quod dictum est de Donatione Remuneratoria, etiam dicendum est de donatione iuramento firmata, & ideo statim valida, nisi præjudicet legitimæ. fol. 134. n. 588.

Ad consequendam collationem comperit coheredibus conditio ex lege, item exceptio de dolo si alter ageret petitione hereditatis. Expedit tamen ut fiat imploratio Judicis, priusquam locus sit exceptioni de dolo: potest enim contingere, ut plus alteri conferendum sit, quàm ex hereditate capturus est. fol. eod. n. 589.

Modus conferendi fit, deducendo primò res alienum, & impensas factas in res hereditarias. Res perditæ in specie sine culpa, non veniunt in considerationem, cum casus fortuitus nocet creditori. fol. eod. n. 590.

Collatio fit vel re ipsa, vel cautione. Ad realem collationem sufficit, si rei æstimatio consentientibus cæteris conferatur, item accipiendum minus remittendo tantum ex paternis, quantum haberet ex collatis. Quodsi unus ex coheredibus ante collationem decellerit, illius hæredi incumbit collatio. eod.

Cautio fit collatio, si datis fidejussoribus aut pignoribus securi redduntur coheredes de conferendo. Si quis ob inopiam conferre non possit, datur ejus portioni curator, donec caveat. Si caveat, nec tamen cautioni steterit, stipulatio committitur, sed non priusquam interpellatus fuerit Elapso spatio condemnatur, quanti ea res erit. Si peremptorem omnia est collatio, potest adhuc postea peti. eod.

Columbaria.

Tomo 1.

Columbaria sunt licita ex consuetudine. fol. 474. n. 81.

Non est licitum directè & ex intentione, medijs etiam secundum se non in honestis, alterius columbas allicere ad suum columbarium. n. 82.

Non licet columbas extra columbarium vagantes capere vel jaculari. n. 83.

Commissoria Lex.

Pactum legis commissoriae quando reprobetur vide. *Jura*.

Tomo 2.

Facta potestate vendendi feudum, potest apponi pactum legis commissoriae. fol. 305. n. 825.

Tomo 4.

Commissoria Lex est pactum contrahentium, quod contractui ceteroquin perfecto & absoluto adijcitur, v. g. ut nisi intra certum tempus pretium ab emptore solutum fuerit, res sit inempta. fol. 67. n. 189. plura vide. *Emptionis resolutio ex pacto legis commissoriae*.

Commissio-

Commissorium pactum quousque sit prohibitum in pignore, vide. *Pignus*.

Commodati Contractus.

Tomo 4.

Est Contractus re initus, nominatus, Juris gentium, bonæ fidei, quo res gratis ad certum usum eâ lege conceditur, ut eadem ipsa in specie finito usu restituantur. fol. 231. n. 715.

Quando eadem res duobus vel pluribus commodatur, obligantur singuli in solidum: sed uno convento, si præstet quod debet, alii liberantur. fol. eod. n. 717. ubi vide casum in contrarium.

Si pupillus, minorennis &c. sine Tutoris, aut Curatoris auctoritate aliquid commodatò dedit, non obligatur, sicut nec, si accipiat, nisi in quantum locupletior evadit. fol. 232. n. 718. Tametsi adversus tales non detur actio commodati, datur tamen actio ad exhibendum, & Rei vindicatio. fol. eod. n. 719. Commodans illis obligatur, ut non revocet ante tempus aut usum completum. eod.

Commodatum factum homini libero, qui putatur esse servus, subsistit. fol. 232. n. 720.

Potest servus invito domino res domini validè commodare, si ita domino expedit: si tamen mallet rem non esse commodatam, contractus esset nullus ex defectu consensus. eod.

Malæ fidei possessor potest commodare, ita ut ipsi competat actio commodati. fol. 233. n. 721.

Habens servitutem ususfructus, Usus, Habitationis, potest commodare. eod.

Uxor potest res viri, eo neciente, commodare, ita tamen, ut si prohibuerit, & res perierit, ex dote compenferetur. eod.

Non solum res mobiles quæ usu non consumuntur, sed etiam immobiles possunt esse materia commodati. fol. 235. n. 722. Res usu consumptibiles non possunt commodari nisi ad pompam. n. 723.

Quando solius Commodatarii utilitas spectatur, tenetur is ad præstandam culpam levissimam. Unde si res commodata, dum referatur ad commodantem, pereat, periculum ad commodatarium spectat, nisi tali commissum esset referendum, quem commodans solius est ad talia adhibere. fol. 234. n. 725.

Si utriusque utilitas spectetur, non nisi levis culpa præstatur. 726. Si solius commodantis utilitas spectetur, non nisi de lata culpa tenetur commodatarius. Sicut etiam si commodans non rogatur, sed ultro rem commodatò obtulit. n. 727.

Per se & Regulariter loquendo non tenetur Commodatarius de casu fortuito, nisi ejus culpa acciderit. fol. 235. n. 728. Potest tamen Commodatarius pacto in se recipere casum fortuitum. n. 729.

C.

ubi vide speciale Juris Bavariæ. Obligans se ad casum incendij & quoscunque alios, ad illos solum censetur se obligare, qui sunt æque suspicabiles. n. 730.

Si Commodatarius est in mora restituendi, & rescommodata fortuito perit, non peritura eodem casu apud commodantem, si restituta fuisset suo tempore, periculum est commodatarii. Idem est, si utatur alio modo, quàm fuerit concessum, & exinde incidit in casum fortuitum. fol. 235. n. 731.

Quando Commodatarius dolo aut contumaciâ rem non restituit, & inde res perit, aut deterioratur etiam casu fortuito, conceditur commodanti ut juret in litem, æstimando rem secundum tempus rei judicandæ. fol. 236. n. 732.

Si res commodata ex intrinseco vitio, accedente usu concessio, deterioretur aut pereat, damnum est commodantis. eodem. ubi vide casum.

Si res commodata fuit æstimata æstimatione ficiente venditionem, tenetur commodatarius solvere æstimationem, etiam si casu fortuito percat, quia æstimatio facit, ut in eventum quo periret, haberetur pro vendita tanto pretio. eod. Quodsi æstimatio non fuit taxata, ad id tempus referenda est æstimatio, quo res à tempore moræ quanti plurimi valuerit. n. 733.

Quomodo possit committi mora, antequam perveniatur ad Judicem, & quomodo possit preveniri ad Judicem non præcedente interpellatione, vide. *Mora*.

Si res commodata in se existit, ac restitui possit, non est locus compensationi pro debito mandantis. Si verò in se non possit amplius restitui, sed sit restituenda æstimatio illius, vel si quidem restitui possit, sed non nisi deteriorata, dominus tamen vult sibi restitui unâ cum compensatione deteriorationis, postea ratione deteriorationis fieri compensatio alterius debiti ejusdem rationis. fol. 238. n. 739.

Si Commodatarius in casu naufragij v. g. vel incendij, salvaret omnes res suas, pretiosas æque ac non pretiosas, non autem salvaret res commodatas, & precario acceptas, imò & rescommodatas præcisè in commodum commodantis, præsumitur à Jure commississe dolum vel culpam latam, adeoque damnaretur, sicut depositarius, ad æstimationem restituendam, nisi contraria probatione enervaret. fol. 240. n. 743.

Si res commodata sunt viliores quàm res propriæ commodatarii, & non possunt simul conservari, potest tamen alterutra, licitum est commodatario salvare proprias, post habitis commodatis. fol. eod. n. 744. Si tamen commodatum factum est in solius commodatarii utilitatem, tenetur commodatarius, si res commodatas posthabuit suis pretiosioribus, earum pretium refundere commodanti. fol. 241. n. 745. Si verò commodatum factum esset in utilitatem utriusque, vel solius com-

modantis

modantis, ad nullam refutionem teneretur. fol. 241. n. 746.

Si res commodata sunt æque pretiosæ ac res commodatarij, cuius solius commodum spectatur, teneretur res commodatas præponere rebus proprijs, vel, si suas præfert, refundere æstimationem. fol. eod. n. 747.

Si commodatum est in commodum utriusque, & à fortiori si solius commodantis, potest commodatarius res suas æque pretiosas præferre rebus commodatis, nec ad ullam refutionem teneretur. fol. 241. n. 748.

Si res commodata sit pretiosior rebus commodatarij, teneretur illam suis præferre, in cuiuscunque commodum contractus sit initus. f. eod. n. 749.

Si res fuit commodata in utriusque vel solius commodantis utilitatem, tunc conservatis pretiosioribus commodatis, & amissis proprijs, potest compensare iacturam rerum suarum, neque teneretur tradere commodanti res suas pretiosiores, priusquam solvat æstimationem rerum perditarum. f. eod. n. 750. Probabilius tamen non posset compensare, si contractus in solius commodatarij utilitatem initus fuisset, & commodata fuerint pretiosiora: quamvis oppositum etiam sit probabile. eod.

Expensæ ordinariæ spectant ad commodatarium, nisi aliud pactum fuerit. Extraordinariæ, & graves ad commodantem, leves etiam ad commodatarium. fol. 242. n. 752.

Dammum in re commodata, à tertio sine culpa commodatarij datum, regulariter quidem ad commodantem, quandoque tamen ad commodatarium spectat. fol. eod. n. 753. ubi vide casus.

Dammum quod Commodatarius patitur ex re commodata vitiosa, spectat ad commodantem, si scivit vitium, secus, si probabiliter ignoravit. fol. 243. n. 754.

Si commodans dum contraxit, prævidit aut suspicatus est casum occursum, quo nisi revocaret rem commodatam ante elapsum tempus, ipse incurreret æque grave damnum ac commodatarius per revocationem, non licet revocare, tali casu occurrente. fol. 244. n. 757.

Si commodans fuit in illo habituali affectu erga commodatarium dum commodavit, ut eodem modo fuisset commodaturus, si casum prævidisset, non licet revocare. fol. eod. n. 758. Si contrario commodans fuisset in ea dispositione habituali, ut interrogatus responderet, se nolle obligari pro tali casu, tunc si necdum commodavit, sed solum promissit, non teneretur commodare, ne quidem in foro externo. eod. Probabilius est, etiam post factam commodationem in utroque foro posse in tali casu commodatum revocari, etiam si commodatarius tempore facti commodati posuisset aliter sibi providere, nunc autem non potest. n. 759.

Commodanti competit actio commodati directæ, commodatario contraria, quibus tendunt ad

obtinenda ea, ad quæ hæcenus dictum est, eos sibi invicem obligari. fol. 245. n. 762.

Actio directæ conveniri etiam potest commodatarius, si re commodatæ aliter usus fuerit, vel ultra tempus, item si rem suam culpâ deterioravit: ita quidem, ut cum illa possint concurrere actio furti, actio legis Aquiliæ. fol. eod. n. 763. Transit hæc actio in & contra hæredes. fol. 246. n. 764.

Actio contraria tendit etiam ad obtinendas præstationes, per quas commodatarius indemnis servatur, alioquin à commodante damnum sine sua culpa passurus. fol. eod. n. 765. ubi vide, quamnam sint hæc præstationes.

Commodans potest actione directæ etiam consequi fructus, si quos res commodata tulit. fol. eod. n. 766. ubi exemplum.

Communi dividendo actio.

Tomo 4.

Datur ex quasi contractu illis, qui in communionem rerum singularium absque expressa conventionione incidunt, quæ est actio mixta, & tendit ad divisionem rei communis, ad præstationem fructuum perceptorum, impensarum, & eius quod dolo, lata aut levi culpâ in re communi admissum est. f. 349. n. 1120.

Datur hæc actio etiam illi, qui putat se esse socium, cum illi jam alius successerit, ad summum & damnorum refutionem. fol. 350. n. 1121.

Si consors consorti suam partem oppignoravit, durante pignore non potest agere ad divisionem invito creditore. fol. eod. n. 1122. Si consors alteri creditori oppignoravit, & tradidit, potest agi contra creditorem & consortem ad divisionem. nu. 1123.

Compensatio.

Tomo 1.

Compensatio occulta, pro debito, vel damno ab alio accepto, vel pro indebitæ solutio, licita est cum his conditionibus. 1. ut id quod accipis, sit vel tuum vel debitoris cui accipis. 2. ut non habeas spem alio non nimis disicili medio debitum tuum obtinendi, eod quod scias debitorem non soluturum, & sine gravi incommodo non sit accessus ad iudicem. 3. ut non admittas secundam solutionem. 4. ut inde non creetur præiudicium longè gravius innocenti. 5. ut fiat minore debitoris damno, quo potest. 6. ut debitum non sit quomodocunque probabile, sed moraliter certum. fol. 133. n. 332. Non videtur opinio practicè probabilis, sufficere solam probabilitatem debiti. 334. & seqq.

Tomo 3.

Compensatio est debiti, & crediti inter se contributio. fol. 26. n. 154.

Omissa compensatio, non repetitur solum quasi indebitum. fol. 27. n. 155.

Non obstante iuramento solvendi, locus est compensationi, cum sit iudicialis solutio. fol. eod. nu. 127.

Correcto

Correcto iure antiquo admittitur compensatio in omnibus actionibus. eod.

Compensatio non potest obijci debitori incorrecto. fol. eod. n. 127.

Sufficit debitum naturale notorium ad compensandum debitum civile. fol. 27. n. 158.

Non potest fieri compensatio in debito diversæ speciei. fol. eod. n. 159. Potest tamen genus cum genere compensari. n. 160.

Compensatio non est locus in Deposito, ne quidem cum simili deposito. fol. eod. num. 161. Neque in Commodato, aut quocunque debito determinato cum indeterminato. 162. Aliæ exceptiones habentur l. 3. & fin. C. h. t. ubi una notabilis est, nempe: Possessionem alienam perperam occupantibus, compensatio non datur. fol. 28. nu. 163.

Tomo 5.

Debitor unius hæredis, non potest uti Exceptione Compensationis ex eo, quod alter coheres sibi tantundem debeat. fol. 241. n. 308.

Exigente patre debitum à debitoribus filij, tunc solum potest uti exceptione Compensationis debitor, si filiusfamilias suus debitor fuit à patre iustus contrahere, aut res in utilitatem patris versa est. fol. eod. n. 309.

Competentiæ Beneficium.

Tomo 1.

Beneficium competentis est privilegium quorundam debitorum, ut conveniri non possint ultra id, quod commode solvere possunt, salva nimirum sustentatione competentis. fol. 157.

Convenit Parentibus conventis à liberis, & econtra. Fratri germano adversus fratrem. socio adversus socium. Patrono adversus libertum. Donatori adversus donatarium. Militi armatæ militiæ. Marito adversus uxorem repetentem dactem. fol. eod. n. 454. & seqq. Probabiliter etiam convenit Doctoribus Juris, Advocatis ex officio, Magistris & Professoribus. 457. Item Clericis, qui semel in Sacris constituti sunt, vel alteri deserviunt proprio ministerio. Et probabiliter omnibus quibus favet Novella 135. nempe depaupers per infortunium. 458. & 460.

Socero viri convenit hoc beneficium stante matrimonio, non item soluto, si conveniatur ratione dotis non solutæ. Socero uxoris convenit, si conveniatur à nuru, sive stante, sive soluto matrimonio. fol. eod. n. 459.

Tomo 4.

Socio in societatis contractu convenit etiam hoc beneficium. fol. 199. n. 621. & seqq.

Compromissum.

De hoc vide. *Arbitr. Arbitrium.*

Conclusio in causa.

Tomo 5.

Conclusio est probationum & disputationum ulteriorum renuntiatio, fol. 488. n. 1143. est ergo

Christ. Haun. Repert.

actus, quo Judici submittitur litis cognitio ac decisio. n. 1144.

Finitis allegationibus & recessibus, Judex queret ex partibus, an aliquid ulterius habeant proponendum. fol. 488. n. 1145. ubi n. seq. quid agendum, si una parte renuntiante altera habeat proponendum.

Conclusio facta non admittitur ulterior allegatio facti, aut probatio per testes vel instrumenta, regulariter loquendo. fol. 489. n. 1147. & seqq. ubi vide octo Exceptiones.

Conclusio in causa, videtur esse de Substantia Processus ordinarij. f. 490. n. 1156.

Concludere in causa, potest etiam Procurator ad hoc speciale mandatum habens. n. 1157.

Tempus concludendi est tempus finendi instantiæ, nempe in civilibus triennium, in criminalibus biennium. n. 1158.

Jure communi nulla forma præscripta est, bene tamen Jure Bavarico. n. 1159.

Concubinatus.

Tomo 6.

Concubinatus est mixti fori. f. 28. n. 131. Nam & Legibus civilibus prohibetur. n. 132.

Concubina Clerici rectius permittitur punienda Magistratui Ecclesiastico: postquam tamen etiam puniri à Seculari, saltem si delictum est notorium, & inde non esset periculum scandali. fol. 29. nu. 133. & seq. Non licet tamen Magistratui seculari, extrahere concubinam ex domo Parochi, nec exigere expensas factas in capturam concubinæ. nu. 135.

Pura vide: *Fornicatio.*

Concussio. Corruptio.

Tomo 6.

Concussionis crimen committit Judex, quando cum aliquo de Justitia ferenda vel non ferenda componit, & sædus pecuniarium init. f. 94. nu. 156. Pœna est arbitraria pro modo delicti. nu. 157.

Corruptionis crimen committit, qui sponte ad corrupendum munus oblatum acceptat. Et in eo qui se corrumpi permittit, graviter etiam punitur: sed pœnæ in Jure constitutæ hodie non sunt in usu. n. 158.

Confessio Judicialis, & extrajudicialis.

Tomo 5.

Confessio Judicialis est Assertio illius quod ab Adversario intenditur, in loco Judicij coram Judice in tribunali sedente, ad instantiam partis facta f. 276. n. 507. Hujusmodi est etiam, quæ apud Arbitrum facta. n. 508.

Confessio coram Judice facta, etiam absente adversario, est Judicialis, saltem si à Judice acceptetur. n. 509.

Procuratores absque specialissimo Mandato non possunt confiteri. n. 510.

Confessio Minoris puberis absque auctoritate

12

Cura

Curatoris, non nocet, bene tamen cum ea. Confessio Tutoris vel Curatoris sponte facta, non nocet principali, bene tamen, si iudicij necessitate compulsus est. n. 511.

Revocans ex intervallo confessionem factam, tenetur errorem in confessione commissum probare. f. 277. nu. 512. & ad probandum admitteretur, etiamsi iteratò confessus esset. n. 513.

Confessio qualificata potest ab Adversario acceptari quoad substantiam, & recusari quoad qualitatem faventem confesso. n. 514.

Confessio extrajudicialis facta absente Adversario, semiplene probat. facta presente Adversario plene probat, saltem si fuit acceptata: vel nisi evidentibus probationibus possit impugnari. n. 516.

Confessio facta in ultimis voluntatibus, vel in articulo mortis, nocet heredi. f. 277. num. 517. Quod si haeres probaret, debito confessato in Testamento nullam causam subesse, adhuc tamen deberetur ut fideicommissum. f. 278. n. 518. Nisi confessio fuisset respectu personae, cui non potest aliquid relinquere. n. 519. Vel nisi confessio facta esset in favorem consuetudinis: talis confessio nihil probaret. n. 520.

Confessio facta in processu vitioso & nullo, valet ut confessio extrajudicialis. n. 521.

Confessionem Antecessoris potest Successor universalis revocare, si ipse confitens revocare potuisset. Non item Successor singularis. n. 522.

Tomo 6.

Confessio facta coram Iudice incompetente, non sufficit in vim probationis ad condemnandum. f. 7. n. 30. & seq.

Non licet Iudici facta impunitatis promissione elicere confessionem delicti. fol. 2. 44. n. 185. Imò talis confessio sic obtenta, habenda esset pro nulla. fol. 245. n. 186. & seq.

Confessio post torturam facta quomodo ratificanda, & quid agendum si revocetur. vide Tortura.

Confessoria & Negatoria Actio.

Tomo 5.

Est actio Realis Civilis, qua quis sibi vel praedictis suis ser virtutem ex re aliena debere contra impediendum contendit. Cui opponitur Negatoria. fol. 115. n. 146.

Competunt haec actiones utiles etiam pro alijs Juribus. fol. 116. n. 147. ut competant requiritur ut facta sit Quasi traditio, hoc est usus unius, & patientia alterius. n. 148. ubi formula.

De his actionibus plura verbo, *Servitus*. & to. 1. tit. 3. c. 2. & n. 96.

Confiscatio.

Tomo 6.

In solo crimine laesa Majestatis hodie bona confiscantur. fol. 323. n. 567. & fol. 333. n. 569. Et eorum qui sibi fugam consulunt. n. 570. Non praefertur tamen fideus alijs creditoribus. eod.

Confrontatio.

Tomo 6.

Confrontatio Testium cum reo, non est de Substantia Processus. f. 266. n. 290.

Si Testes dicant, se reum cognoscere solum ex visu, non de nomine, Confrontatio est simpliciter necessaria in forma recognitionis. n. 292.

Si Socius criminis confrontatur, & persistunt in contradictoribus, est admoventis tortura in praesentia rei. n. 293.

Possunt Testes cogi ad subeundam confrontationem, quando ea est necessaria. n. 294.

Praxis ad Rei instantiam non est obligatio confrontandi. n. 295.

Ante Confrontationem reus examinandus circa personam Testis, an habeat pro viro probo &c. n. 296.

In forma recognitionis aequum est, Testi obijci lures similes Reo. n. 297.

In Confrontatione repetendum Juramentum vel Tortura, etiamsi prius facta. f. 267. n. 298.

Ad formam confrontationis spectat, ut Testi legantur ad faciem Rei, quae deposuit in separato examine. n. 299.

Confrontatio non impedit universaliter Testium repetitionem, ad instantiam rei. n. 300. & seq. ubi casus.

Teste aberrante in rei recognitione, nihil inde vel reò vel assignato praedjudicatur. n. 302.

Confusio. Commixtio.

Tomo 1.

Est modus acquirendi Jure gentium. Quando enim duorum materiae liquidae ita confunduntur, ut discerni non possint, si vel utriusque consensus, vel casu fortuito facta est, fit totum commune, etiamsi Specificatio facta esset. Si vero fiat unius solius voluntate, & sine Specificatione, manet etiam commune: si vero cum Specificatione, fit Specificantis. f. 420. n. 112. Vide etiam *Specificatio*.

Quando materiae confusa possent ab invicem separari, obtinet, quod in simili dictum est de Specificatione. n. 114.

Confusio differt à Commixtione, quod haec fiat in corporibus solidis. n. 114. In Commixtione itaque illud speciale constitutum est, ut si ex unius voluntate commisceantur, v. g. tum & meum frumentum, tunc non fiat unus cumulus communis utriusque, quia singula corpora manent in sua substantia, & secundum se sunt adhuc separata à ceteris, esto discerni non possint. Quantitas ergo venit in Actionem, qualitatis vero ratio habetur officio Iudicis. f. 420. n. 116.

In commixtione pecuniae specialiter constitutum est, quod fiat commiscens alienam cum sua, propter usum quotidianum in commercio, ne dominium sit incertum. f. eod. n. 118.

Conjuges.

Quomodo sibi invicem succedant ab intestato, vide *Successio Conjugum*.

De Dominio Conjugum in Bonis suis, vide *Dor. Paraphernalia* &c.

Tomo 2.

Portio, quae conjugi pauperi in bonis divitis ab intestato debetur, si in Testamento non relinquatur, potest peti vel Conditione ex lege, vel extraordinariae bonorum possessione, non tamen potest querelâ inofficiosa impugnare testamentum. f. 97. n. 43.

Conjuncti.

Tomo 2.

Conjuncti possunt esse Haeredes, vel Legatarij tripliciter. Re tantum. Verbis tantum. Re & Verbis. f. 222. nu. 264. Plura de his vide. *Accrescendi Jus. Legatum. Legatarij*.

Conjunctio.

Tomo 1.

Conjunctio potest fieri tribus diversis modis. vel Re tantum, vel Re & verbis, vel verbis tantum. f. 231. n. 86.

Constitutio Pecuniae Actio.

Tomo 5.

Est Actio Praetoria, qua succurritur illi, cui alius nudo pacto promisit se soluturum. f. 121. n. 184. Ad eam non sufficeret debitum merè civile. 185.

Servo aut filiofamilias constituta pecunia acquiritur Actio domino vel patri. n. 186.

Datur adversus haeredes constituentis. n. 187. Et pro quacunque Re promissa prius ex pacto debita. n. 188. Et est perpetua. f. 122. n. 189.

Constitutio.

Tomo 1.

Aliquando sumitur pro Statuto, hoc est lege Inferiorum Principum aut Civitatis. Strictius est Decretum Summorum Pontificum. f. 2. n. 2. Plura vide *Lex*.

Consuetudo.

Tomo 1.

Consuetudo abrogans Legem, differt à Desuetudine, quod illa sit Nonusus Legis jam acceptata. f. 5. n. 22.

Consuetudo alia est Facti, alia Juris. f. 24. nu. 120. Alia secundum Legem, alia praeter Legem, alia contra Legem. 121.

Consuetudo est Jus moribus constitutum, quod pro lege suscipitur cum deficit Lex. fol. 24. num. 122.

Consuetudo rationalis esse debet, nec Juri Naturali aut Divino aut Canonico repugnans, nec peccandi anam aut licentiam praebens, aut aliter Reipublica perniciosa. f. 24. n. 123. Consuetudo contra legem sufficienter est rationalis, si utilitati Reipub. non adversetur. Praeter Legem, esse potest expedientem reipublicae. 124. & seqq. ubi Exempla illustratur.

Consuetudo facti abrogans Legem ex supple-

sitione taciti consensus Principis, non est proprie praescriptio. nec regulanda regulis praescriptionis quoad tempus, sed completur, quando dissimulatio Principis verisimiliter indicat, quod Legis observationem nolit urgere, unde ne quidem decem anni requiruntur. f. 25. n. 130.

Consuetudine posse contra Legem praescribi, varijs Juribus statutum est. f. 25. nu. 132. Ad hoc non plus temporis requiritur, quam ad alias praescriptiones. 133. Idem dicendum de Consuetudine praeter legem, hoc est Jus & obligationem inducente: itaque sufficiunt decem anni. 135.

Non tamen requiritur ad eam, ut incipiat cum bona fide, sicut aliae praescriptiones, & ideo non est proprie Praescriptio, sed quasi. fol. 26. num. 136.

Ad talem consuetudinem praeter Legem, non sufficiunt duo Actus etiam Judiciales, sed torquentur, ut inde argui possit populi consensus in obligationem. Contra Legem vero torquentur, ut inde appareat Legis obligationem non expellere. f. 26. n. 138.

Consuetudinis Actus debent esse voluntarij plene, nec metu nec dolo obtenti. f. 26. n. 139. Debent procedere ex Scientia, quod necdum sit aliunde obligatio, ut praeter Legem fiat consuetudo, & ex Scientia Legis contrariae, ut contra Legem. 140. Item debent fieri ex intentione inducendi obligationem praeter Legem. n. 141. & seq. ubi indicantur varia indicia hujusmodi intentionis. Ad praescribendum contra Legem, requiritur intentio se liberandi ab obligatione legis. 143. In Principe sufficit consensus generalis & antecedens, qualis est, quatenus per Leges approbantur praescriptiones hujusmodi. 147.

Consuetudinis praescriptio contra Legem, impeditur per Clausulam *Contrariae consuetudine non obstante*. 146.

Consuetudo universalis abrogatur per contrariam Legem aequè universalem, etiam nullà factà consuetudinis mentione. f. 28. nu. 147. non item particularis, nisi ponatur clausula derogatoria saltem generalis. 148. Imò nec consuetudo particularis per Legem particularem Principis universalis, sine dicta clausula. 149. nec dicta Clausula generalis sufficeret ad abrogandam consuetudinem immemorabilem. 151.

Conditio.

Quando Institutioni haeredum apponi possit conditio, & quam vim habeat. vide. *Institutio conditionata sub turpi vel impossibili conditione*.

Tomo 3.

Conditio alia est possibilis, alia impossibilis. Possibilis alia Potestativa, alia Casualis, alia Mixta. f. 47. n. 266.

Conditio possibilis quando est de praesenti, ve praeterito, non suspendit valorem contractus, etsi de ejus validitate non constet ob ignorantiam conditionis. f. eod. n. 267.

Conditio de futuro contingenti, definitur: Qualitas dispositioni adjecta, vel inharens, quae in dubium eventum futurum suspendit aut dissolvit. Fundatamen statim obligationem expectandi eventum. f. 47. n. 168.

Conditio impossibilis, vel est ex Natura Rei talis, vel ex Legis prohibitionem. eod.

Conditio necessario futura, etiam suspendit obligationem, si promittens ignoret ejus necessitatem. Quodsi ante eventum certificaretur de futuratione conditionis, statim inciperet obligatio, sicut ab initio incepisset, si ab initio constitisset. f. 48. n. 270.

Secus a Lege positiva, conditiones ex se impossibiles vitant contractum. Legibus tamen excipitur dispositio ultimae voluntatis, & Matrimonium, in his enim habentur pro non adjectis. f. 48. n. 271.

Quoad ultimas voluntates Lex fundatur in praesumptione, quod Testator fuerit habitualiter ita comparatus, ut eam ablaturus fuisset, si scivisset esse impossibile: & ideo Lex illam aufert. Erat enim homini expetibile, non mori intestatum, & ultimam suam voluntatem etiam habitualement exitum habere. In Contractibus inter vivos, hoc non erat necessarium, cum ipsimet contrahentes possint, per se loquendo, suam voluntatem declarare, & ablatam conditione contrahere. f. eod. n. 273. Ipsa ergo conditionis impossibilis adjectio est reflexe conditionata: si sit possibilis. 274.

Quoad Exceptionem Matrimonij, vide: *Matrimonium*.

Conditiones quandoque tales sunt, ut secundum se quidem sint possibiles, sed ex accidenti impossibiles. In his ergo inspicienda est mens illius qui conditionem adiecit. Si enim ex circumstantijs colligi possit, non fuisse adjecturum, si scivisset esse ex accidenti impossibilem, habenda est pro non adjecta, quia ipsam conditionem non nisi sub-reflexa conditione exigebat: si defacto est possibilis. Quodsi ex circumstantijs colligi possit, intentionem fuisse conditioni alligatam, conditio esset habenda pro adjecta, & ejus defectus vitiaret dispositionem. f. 51. n. 289.

Conditione negativa adjecta ultimae voluntatis, nempe quae purificati non potest nisi post mortem Haeredis vel Legatarij, non est expectanda illius purificatio, sed statim tradendum quod relictum est, praestita cautione Mutiana, quod si contra conditionem venerit, velit restituere bona relicta illis, quibus alioquin obvenissent. In ceteris contractibus expectanda est conditionis impletio. Item si conditio adiciatur in favorem tertiae personae, si per hanc steterit, quominus conditio impleatur, non impeditur consecutio relicti per ultimam voluntatem, bene tamen valor aliorum contractuum. f. 54. n. 297.

In nullo contractu sub conditione honesta celebrato licet resiliere ante conditionis eventum. f. 54. n. 300.

In quibusdam contractibus ne quidem valide potest retractari consensus altero invito, ante conditionis impletionem, & ideo purificata conditione evaderet contractus absolutus, absque novo consensu. f. eod. n. 301.

In illis tamen Contractibus, qui Re, seu traditione perficiuntur, & tunc primum sunt absoluti & perfecti, quando translatus est Dominium, si ante eventum conditionis Promissor revocet promissionem, valet revocatio, ita ut eveniente conditione non absolvetur contractus. fol. 55. n. 303.

Conditiones aliquando sunt requisite ad hoc ut Jus oriatur, aliquando autem supponitur Jus jam questum, & illud applicant, ut operetur terminum Juris, & tales aliquando supponunt Jus ponendi conditionem. hujusmodi est Electio in stipulationem deducta, quae supponit Jus eligendi. f. 60. n. 329. De Contractibus sub conditione celebratis, vide: *Contractuum qualitates*.

Conditiones contractibus adijci solita de futuro contingenti, aliae sunt Suspensiva, aliae Resolutiva. Priores sunt, quorum eventus facit, ut contractus subsistat, & absolvetur, ac retrahatur. Posteriores vero, quando contractus jam absolutus resolvitur conditione existente, perinde ac pactus resolutorio resolveretur. f. 64. n. 178. & seq.

Contestatio litis.

Vide, Litis contestatio.

Contractus.

Tomo 3.

Contractus solet definiti: Ultra citroque obligatio. fol. 2. n. 1. nempe ad aliquid agendum vel non agendum, quod potest reipsa praestari vel non praestari, impediendo jus alterius, ne consequatur suum effectum. f. 3. n. 9. Melius definitur: Conventio ultra citroque habita, pariens actionem civilem. n. 12. Quae definitio comprehendit etiam Donationem. sed quia aliqui negant esse contractum, addere debent definitioni, quod Contractus pariat actionem Jure Digestorum. fol. 4. n. 13.

Contractus alij sunt Nominati: hoc est, certum nomen a Jure habentes: alij Innominati. fol. 8. n. 45.

Contractus Innominati quandoque sunt Mixti, & regulantur secundum illos Nominatos, quibus magis assimulantur. fol. 8. n. 47. In dubio regulariter judicatur contractus Nominatus. eod.

Quando Contractus innominatus est ab una parte impletus, licet impleti penitere, antequam alter impleat, si sit in mora. fol. 8. n. 49. Si nolit penitere, habet actionem Praescriptis verbis. fol. 9. n. 50. De qua actione, sicut universim de Contractibus Innominati, plura ex to. 4. tradentur, quae videantur v. *Contractus innominatus*.

Contractus alij sunt Onerosi, utrique parti obligationem imponentes, alij Lucrativi. fol. 9. n. 53. Item alij sunt Bonae fidei, alij Stricti Juris, qui a prioribus

prioribus in eo principaliter differunt, quod in prioribus Judex non tam attendat ad rigorem pacti, quam potius ad aequitatem, decernendo ea, quae aequitas postularit in pactum deduci, etiam si defacto expressa non fuerint. in posterioribus vero judicet secundum rigorem juris, & pacti, astringendo conventioni, quantum Epikia patitur. f. eod. n. 54.

Bonae fidei actiones sunt: ex empto vendito, Locato, Conducto, Negotiorum gestorum, tam directa quam contraria, Mandati, Depositi, Pro socio, Tutela, Commodati, Pignoratitia, Familiae Eriscundae, Communi dividundo, Praescriptis verbis alicuius materiae, & ex permutatione, hereditatis petitio, actio ex stipulata, pro dote. fol. eod. n. 56.

Actiones Arbitrarie alij volunt constituere tertiam speciem, alij reducant ad actiones stricti juris. Quenam sint illa vide, *Arbitraria actio*.

Contractus alij sunt Expliciti, & Formaliter tales, alij Impliciti, & virtuales, seu Quasi Contractus. De his v. *Quasi contractus*.

Contractus alij perficiuntur solo consensu, alij traditione rei, alij verbis, alij scriptura. fol. 10. n. 65. & seq.

Contractuum Infirmatio per Errorem, Dolum, Metum.

Contractus ex errore circa substantiam est nullus ex defectu intentionis. fol. 11. n. 67.

Quando error vel dolum incidit tantummodo in contractum, nec dat causam, non vitiat. fol. 12. n. 68.

Omne illud praedicatum pertinet ad substantiam, cui defacto intentio contrahentis est alligata, quatenus aliter non vult valere contractum. f. eod. n. 72.

Ex intentionis restrictione communiter adhiberi solita, colligendum est, quid sit de substantia rei. f. 13. n. 74.

Omne illud praedicatum est de substantia rei in contractibus, ad quod ex communi hominum usu, vel ex dispositione legis praesumitur intentio saltem implicita, & virtualiter restricta. fol. eod. n. 78.

Idem praedicatum individuale potest in uno genere contractus pertinere ad substantiam, in alio non pertinere. f. 13. n. 80. & seq. ubi declaratur per exempla.

Dolus dans causam contractui circa accidentia, Jure naturae est validus, quia intentio non est illi praedicato accidentaliter alligata. fol. 14. n. 83.

Si dolus a contrahente commissus est, claudicat contractus Jure naturae, exceptis illis, qui non possunt a contrahentibus rescindi. fol. eod. n. 84.

Si promissio est gratuita, nulla nascitur obligatio incepto. fol. 15. n. 85.

Etiam Jure positivo inspecto claudicat hujusmodi contractus, sive sint bonae fidei, sive stricti juris. fol. eod. n. 86. & seq. Itaque deceptor manet

in conscientia obligatus servare contractum, si deceptor velit, non e contra. n. 92.

Si dolus a tertio commissus est, & contractus executioni mandatus, tunc ne quidem Jure naturae poterit ad libitum deceptor rescindi, nec Jure positivo daretur actio redhibitoria, sed deceptor de dolo conveniretur. fol. 16. n. 95. Si res integra esset, posset resiliere. n. 96.

Contractus non Irritabiles, ut Matrimonium, Professio Religiosa, metu gravi injusto iniiti, ipso Jure naturae sunt irriti regulariter & per se. fol. 18. n. 106. Ratio cur aliud de metu, aliud de dolo dictum sit quoad irritationem horum contractuum, est, quia regulariter possumus dolum cavere per diligentem inquisitionem: & ideo non erat necesse, ut Jus positivum, aut natura fucurteret. nu. 111.

Contractus Irritabiles ex levi metu iniiti, sunt validi tam Jure naturali quam positivo. f. 19. nu. 113. Ceteri contractus, qui postquam valuerunt, possunt rescindi, non sunt ipso Jure naturae nulli, quando sunt iniiti ex injusto metu, sed claudicant, sive metus fuerit gravis, sive levis. f. 19. n. 114.

Imò probabilius nec Jure positivo sunt universim irriti, sed ad instantiam a Jure rescindendi, nisi in specie sint excepti: sic enim leges magis favent innocenti laeso. Dubitatur tamen de quibusdam, ut de promissione dotis, de constitutione procuratoris, de Jurisdictionis concessionem vel prorogatione. de quibus tamen probabiliter idem dicendum. n. 115.

Quando merus est illatus a tertio in eum finem, ut fieret contractus, tunc contractus irrefcindibiles sunt ipso facto nulli. Rescindibiles, spectato Jure naturae non possunt ad libitum dissolvi a metum passo, invito altero contrahente etiam innocente. Atteno tamen Jure positivo rescinderentur ad instantiam metum passi. f. 19. num. 116.

Si metus incurtiatur a tertio non ad extorquendum contractum, contractus vero adhibetur ut medium ad evitandum illud malum, quod metuitur, contractus non lucrativus valet irrevocabiliter. f. 20. n. 117. & seq. De lucrativis aliud dicendum videtur in favore metum passi, & quia alter non perdit, sed solum de lucro ceitat. fol. eod. n. 120.

Si quis metum incurtiatur ex causa justa, sed animo simulato, contractus inde securus ratione doli potest rescindi. f. 21. n. 122.

Ex metu gravi injusto, datur metum passo Actio & exceptio praetoria; *Quod metus causa*, qua reus convenitur intra annum in quadruplum, (incluso simplio totius damni illati) si in resistentem contumax fuerit, post annum in simplum: quae, quatenus est poenae persecutoria, durat annum, post annum in simplum est perpetua. Adversus Haeredes non nisi in quantum ad eos pervenit. Dicitur in *Rem scripta* adversus quemvis, ad quem commodum pervenit. f. eod. n. 123.

Contractuum Firmatio per adjectum Juramentum.

Juramentum contractibus alioquin firmis adjectum, hoc operatur, ut ultra obligationem Justitiae inducat obligationem Religionis, quo casu Juramentum sequitur naturam contractus, eo usque se extendendo, quod se extendit obligatio Justitiae. f. 21. n. 124.

Contractus aliqui sunt à Lege infirmati solum in ordine ad obligationem civilem non inducendam, esto inducant obligationem naturalem. Aliqui verò irritantur adeo, ut nec naturalem obligationem inducant. f. 22. n. 126.

Leges irritantes quandoque respiciunt primario bonum commune, secundario bonum privatum, saepius tamen respiciunt primario bonum privatorum. eod.

Possum tamen Leges ob reverentiam Juramenti permittere hujusmodi validationem, & eximere à Lege irritante. f. eod. n. 127. Possent etiam ex adverso nolle firmari Juramento; quia ratione male putant aliqui, quod Lex civilis se immisceat rei ad Forum Ecclesiasticum spectanti. eod. ubi exemplum ex Jure Bavarico.

Contractu per Juramentum firmato, si Juramentum relaxaretur, maneret obligatio ex Justitia: unde hac obligatio transit ad haereditatem, etsi non transeat obligatio Juramenti quae talis. f. 22. n. 129.

Quando solum juratur factum, & non obligatio, facit momentanea solutione: licetque repetere solum, nisi juratum esset, non repetitum iri: haereditas tamen repetere possent, & alter in conscientia teneretur restituere, ob nullitatem contractus. f. 22. n. 130.

Contractus firmantur Juramento, quando Juramentum sine peccato servari potest, & non invenitur turpido injustitiae; ut dolus, metus, usura, ex parte illius in cuius favorem juratum est, & nisi Lex specialiter resistat, ac denique nisi confirmatio cederet in praedictum tertij. f. 23. num. 135. In hoc puncto Lex *Non dubium C. de legib. mutationem accepit per Auth. Sacramenta puerum C. si adversus venditorem. f. 23. n. 136.*

In specie confirmantur Juramento sequentes contractus. Alienatio fundi dotalis, & donationis propter nuptias: Fidejussio mulieris; Donatio inter virum & uxorem, parentes & liberos: contractus minoris: Promissio solvendi & non repetendi quod ludo verito amissum est: Renuntiatio futurae successione: Promissio instituendi haereditatem, vel testamentum non revocandi: Donatio excedens 500. solidos: Donatio omnium bonorum: & sic de alijs non exceptis, prout excipitur contractus Prodigij, Impuberis &c. fol. 24. n. 139.

Contractus firmatur juramento etiam contractus prius juramentum initus, nisi hoc cedat in praedictum tertij. fol. eod. n. 143.

Id quod juratur in secundo juramento, non est in se malum, nempe quod jurans nolit contrave-

nire contractui illicite celebrato: quae negatio contraventionis non est mala, nec contraria priori juramento, etsi contractus fuerat contrarius. eod. & seq.

Contractuum dissolutio.

Contractus dissolvitur. 1. Novatione, de quo vide. *Novatio.*

Dissolvitur 2. Compensatione. vide. *Compensatio.*

Dissolvitur 3. Acceptatione. vide. *Acceptatio.*

Dissolvitur 4. Solutione. vide. *Solutio.*

Contractuum irritatio & nullitas ex inhabilitate contrahentium.

Non hoc ipso quod Contractus aliquis prohibetur, est ipso jure nullus, cum multa prohibentur, quae si facta fuerint, obtinent firmitatem. fol. 31. n. 179.

Contractus potest à lege irritari vel quoad solam obligationem civilem, ut nulla deat actio, vel etiam quoad obligationem naturalem. fol. eod. n. 180.

Contractus potest irritari sub hac conditione: nisi contrahens, in cuius favorem lex irritans est lata, cedat iurisdictionem. fol. eod. n. 181.

Potest irritari in penam alicujus delicti, item ob defectum alicujus solemnitate. eod.

Potest denique irritari reddendo personam inhabilem ad contrahendum. fol. 32. n. 182.

Contractus à lege simpliciter irritari, ne quidem in conscientia patiantur naturalem obligationem. fol. eod. n. 184.

An Prodigiorum contractus sint nulli, & quando vide. *Prodigium.*

An Pupillus sine Tutoris auctoritate contrahens, obligetur saltem naturaliter. vide. *Pupillus.*

Quid possent Minores sine Curatoris auctoritate. vide. *Minores.*

Quid possit Filiusfamilias. vide. *Filiusfamilias.*

Quid possint Conjuges circa fundum dotalem, Religiosi, Administratores Bonorum Ecclesiasticorum, traditum est to. tract. 4. vide in singulis vocab.

Contractuum Qualitates.

Contractus qualitates sunt, quod vel sit purus, vel conditionalis, vel in diem, vel sub modo, vel alternativus, vel annuus, vel firmatus adjectione poenae.

Contractus purus obligat statim, ut exigi possit. Unde est illud vulgare. ubi pure quis stipulatus fuerit, & cessit & venit dies: Ubi in diem cessit dies, sed nondum venit. ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies, pendente conditione. *Cedere diem* significat debet. *venire* significat peti posse. f. 43. n. 248. & seq. Commodum tamen tempus, & creditor opportunum expectandum est, quod Judicis arbitrio relinquatur. f. 44. n. 250.

Obligatio

Obligatio ex contractu puro transit ad haereditatem obligati, & actio respondens ad haereditatem Creditoris, nisi contrarium pactum fuerit. f. eod. n. 251. & seq.

Contractus in diem dicitur, quando executioni designatur dies, vel incertus, vel certus: diei incerti (hoc est an evenurus sit) adjectio resolvitur potius in contractum conditionatum. Dies certus etiam tunc est, quando certo eveniet, esto nesciatur, quando. f. 44. n. 254. Et tunc obligatio statim inducitur propter certitudinem eventus, licet non urgeat ante diei adventum. Unde Jus transit ad haereditatem etiam in ultimis voluntatibus. f. 45. n. 255.

Si ante diei adventum Actor peteret, & debitor non exciperet opponendo, quod dies nondum venerit, Sententia teneret. f. eod. n. 256.

Adveniente die, si debitor, etiam non urgente creditore, non praestat, quod pactus est, dicitur constitutus in mora, quia dies interpellat pro creditore. f. 45. n. 257.

Si in Contractu ponatur dies certa, sed super re non transitoria ad Haereditatem, est contractus potius conditionalis, quia non est certum, quod promissarius seu Creditor sit usque ad illum diem supervicturus. f. eod. n. 260.

Quando adjectio diei convenit pluribus diebus ob aequivocum sensum, est intelligenda de primario die. f. 46. n. 261.

Adjectio die tanquam termino extrinseco, satisfieret solutione illius diei. f. eod. n. 261.

Quando dies adjectus relinquatur determinandus, determinatio relinquatur Promissori, cum illi commodum fuerit, hoc est, cum aberit rationabile impedimentum. f. n. 263.

Promissum in singulos annos, potest peti ad initium singulorum annorum. f. eod. n. 264.

Si verba ita concipiantur, ut tempus incertum non afficiat substantiam, sed illius praestationem, v. g. *lego 100. Titiae, qua non dentur, donec nupserit.* dispositio esset in diem, & obligatio transmitteretur ad haereditatem, etiam si nunquam nuberet. Peri tamen non posset, donec constaret, non esse nupturam. f. 46. n. 265.

Quando Contractum vitient conditiones impossibiles, vide. *Conditio. & Matrimonium.*

Jus ex Contractu conditionali quassit ante conditionis eventum, nempe obligatio expectandi eventum, transmittitur ad haereditatem, exceptis ultimis voluntatibus conditionatis. f. 52. n. 290.

Spes futurae conditionis operatur hunc effectum, quod si debitor fieret suspectus, teneretur praestare cautionem de solvendo, adveniente conditione. f. eod. n. 291.

Sicut Contractus conditionatus non est contractus purus, & absolutus, ita debitum conditionatum non venit nomine debiti simpliciter & absolute; adeoque si cui legarentur alterius debita, non conferentur legata debita conditionata, aut in die. f. 52. n. 291.

Christ. Haun. Reperit.

Spes futurae conditionis, & obligatio expectandi eventum, sufficit, ut conditionalis Creditor praferatur in pignore posteriori Creditori puro, si conditio postmodum purificetur, dummodo conditio sit casualis. f. 53. n. 293.

Purificata conditione si Creditor non petit, non propterea statim debitor incipit esse in mora, sed relinquatur illi dilatio usque ad tempus opportunum, sicut in contractu puro. f. eod. n. 294.

Si Contractus fiat sub conditione casuali, quae tamen non sit adjecta diei, sed afficiat ipsam dispositionem, seu obligationem, tunc si dies etiam adjectus est, non sufficit, vel conditionem impletam esse, vel diem venisse, sed debet utrumque contigisse. Quod si dies adijciatur conditioni, tunc si conditio pendet ex voluntate debitoris, requiritur etiam utriusque impletio: Si verò dies adijciatur conditioni pendenti ex voluntate & facto alterius, vel sit casualis, satis est conditionem esse purificatam, & constare, nec est expectandus dies. Si dies adijciatur cum particula: *Tunc dabo:* etiam utrumque verificari debet. f. 53. n. 295.

Quando conditio afficit dispositionem, incipit dies currere à tempore conditionis impletae, nisi dies adjectus esset certus, & invariabilis. f. 54. nu. 296.

Eventus conditionis negativae, est expectandus in contractibus inter vivos, non verò in ultimis voluntatibus. f. eod. n. 297. Plura vide. *Conditio.*

Contractus *sub Modo*, est Moderatio dispositioni adjecta ex mente disponentis, quae alter gravatur ad aliquid praestandum: ab hujusmodi tamen obligationis impletione non pendet valor contractus. Si fiat verbis conditionatis, ex circumstantijs judicandum est de intentione contrahentium. f. 56. n. 306.

Si contrahens consentiret quidem in Contractum, sed non in Modum adjectum, contractus esset penitus nullus, ob defectum debita acceptationis. f. eod. n. 308.

In favorem alimentorum Jure novo posset vindicari res tradita sub Modo praestandum alimentorum, si Modus non servaretur. f. eod. n. 309.

In dubio an Contractus sit sub Modo, vel Conditionatus, praesumitur Conditionatus, nisi ex circumstantijs dubium tolli possit. f. eod. n. 310.

Adjecto modo turpi, contractus valet, etiam si alter in modum non consentiat. f. 57. n. 312.

Si bonum & utilitas illius, qui Modo gravatur, intenditur, & erat motivum inducens Promissorem ad contractum, censendus est voluisse inducere obligationem, & potest exigi cautio, secus si non fuit motivum. f. eod. n. 313.

Si post factum Contractum Modus reddatur impossibilis, non propterea potest contractus rescindi, aut res alienata revocari. f. 57. n. 314.

Contractus Alternativus, est Promissio facta sub Disjunctione, quae potest cadere vel supra tempus promissam, vel supra tempus. Res verò & tempus aliquando differunt solum secundum plus & minus, aliquando

F